

JOHANNIS FRIDERICI ELECTO-

ris Saxoniae: Cusus sub Würcensis belli initium.

Anno Christi 1542.



*Ladium Magistratui pio prudentiq, non eâ saltem de causa traditum à Deo fuisse, Princeps innuit laudatissimus: ut ci-
ves improbos aliosq, facinorosos è medio tollat: ne reliquo
corpori Reip. noceant: verum etiam, ut regiones, subditos,
jura, privilegia, immunitates, quas salvas, legum judicio-
rumq, metu, obtinere non potest, vi, armisq, asserat, tuea-
tur, custodiat, protegat. Faciendum utique hoc sibi
existimavit, cum Anno Christi 1542. in controver-*

siam cum Mauritio veniret Duce Saxoniae, de Würcena, Misnensis Episco-
pi oppido: à quo, cum tributum ad bellum Turcicum conferendum exi-
geret, Mauritium Ducem acriter in eo repugnantem habuit. Exarsit, par-
vâ hâc è scintillâ, præter opinionem omnium, celeriter bellum; & quidem
alienissimo tempore, quod Pascha antecedit, quo sc. meditanda Christi pas-
sio erat: unde etiam à placentis der Gladenfried/ nominatum fuit. Elector
oppidum Wurtzen cum quadringentis equitibus, & aliquot peditum si-
gnis deditione cœpit: Mauritius autem brevi ad decem peditum millia, &
quingentos equites coegit. Sed tempestivâ & fideli intercessione Philippi
Landtgravij Hassiæ bellum diremptum, at animorum offensiones non

sublatæ sunt. Consentaneum est, acri ac vehementi quadam incita-

tione inflammatum utriusque Principis animum ab iis

fuisse: quos paci consulere magis de-

cuerat. *Sleidanus. Dresse-*

rus. Author.